

SPECIMEN  
HISTORIÆ LITTERARIAE  
FENNICÆ,

---

CUJUS  
PARTEM TERTIAM  
*Conf. Ampl. Facult. Philos. in Reg. Acad. Aboënsi,  
publice ventilandam fistunt*

PETRUS JOH. ALOPAEUS,

*Phil. Mag. & Adjunctus ad Reg. Gymn. Borgoënsæ,*

*Et*

JOHANNES FRIDERICUS CLEVE,

*Stip. Reg. Wiburgensis,*

*In Audit. Maj. die V Dec. A. MDCCXCV.*

*Horis ante meridiem solitis.*

---

A BOÆ, TYPIS FRENCKELLIANIS.

1. *Thlaspi* *arvense*  
2. *Thlaspi* *arvense*  
3. *Thlaspi* *arvense*  
4. *Thlaspi* *arvense*  
5. *Thlaspi* *arvense*  
6. *Thlaspi* *arvense*  
7. *Thlaspi* *arvense*  
8. *Thlaspi* *arvense*  
9. *Thlaspi* *arvense*  
10. *Thlaspi* *arvense*  
11. *Thlaspi* *arvense*  
12. *Thlaspi* *arvense*  
13. *Thlaspi* *arvense*  
14. *Thlaspi* *arvense*  
15. *Thlaspi* *arvense*  
16. *Thlaspi* *arvense*  
17. *Thlaspi* *arvense*  
18. *Thlaspi* *arvense*  
19. *Thlaspi* *arvense*  
20. *Thlaspi* *arvense*  
21. *Thlaspi* *arvense*  
22. *Thlaspi* *arvense*  
23. *Thlaspi* *arvense*  
24. *Thlaspi* *arvense*  
25. *Thlaspi* *arvense*  
26. *Thlaspi* *arvense*  
27. *Thlaspi* *arvense*  
28. *Thlaspi* *arvense*  
29. *Thlaspi* *arvense*  
30. *Thlaspi* *arvense*  
31. *Thlaspi* *arvense*  
32. *Thlaspi* *arvense*  
33. *Thlaspi* *arvense*  
34. *Thlaspi* *arvense*  
35. *Thlaspi* *arvense*  
36. *Thlaspi* *arvense*  
37. *Thlaspi* *arvense*  
38. *Thlaspi* *arvense*  
39. *Thlaspi* *arvense*  
40. *Thlaspi* *arvense*  
41. *Thlaspi* *arvense*  
42. *Thlaspi* *arvense*  
43. *Thlaspi* *arvense*  
44. *Thlaspi* *arvense*  
45. *Thlaspi* *arvense*  
46. *Thlaspi* *arvense*  
47. *Thlaspi* *arvense*  
48. *Thlaspi* *arvense*  
49. *Thlaspi* *arvense*  
50. *Thlaspi* *arvense*  
51. *Thlaspi* *arvense*  
52. *Thlaspi* *arvense*  
53. *Thlaspi* *arvense*  
54. *Thlaspi* *arvense*  
55. *Thlaspi* *arvense*  
56. *Thlaspi* *arvense*  
57. *Thlaspi* *arvense*  
58. *Thlaspi* *arvense*  
59. *Thlaspi* *arvense*  
60. *Thlaspi* *arvense*  
61. *Thlaspi* *arvense*  
62. *Thlaspi* *arvense*  
63. *Thlaspi* *arvense*  
64. *Thlaspi* *arvense*  
65. *Thlaspi* *arvense*  
66. *Thlaspi* *arvense*  
67. *Thlaspi* *arvense*  
68. *Thlaspi* *arvense*  
69. *Thlaspi* *arvense*  
70. *Thlaspi* *arvense*  
71. *Thlaspi* *arvense*  
72. *Thlaspi* *arvense*  
73. *Thlaspi* *arvense*  
74. *Thlaspi* *arvense*  
75. *Thlaspi* *arvense*  
76. *Thlaspi* *arvense*  
77. *Thlaspi* *arvense*  
78. *Thlaspi* *arvense*  
79. *Thlaspi* *arvense*  
80. *Thlaspi* *arvense*  
81. *Thlaspi* *arvense*  
82. *Thlaspi* *arvense*  
83. *Thlaspi* *arvense*  
84. *Thlaspi* *arvense*  
85. *Thlaspi* *arvense*  
86. *Thlaspi* *arvense*  
87. *Thlaspi* *arvense*  
88. *Thlaspi* *arvense*  
89. *Thlaspi* *arvense*  
90. *Thlaspi* *arvense*  
91. *Thlaspi* *arvense*  
92. *Thlaspi* *arvense*  
93. *Thlaspi* *arvense*  
94. *Thlaspi* *arvense*  
95. *Thlaspi* *arvense*  
96. *Thlaspi* *arvense*  
97. *Thlaspi* *arvense*  
98. *Thlaspi* *arvense*  
99. *Thlaspi* *arvense*  
100. *Thlaspi* *arvense*

## §. VI.

In anno, quo institutum sit Gymnasium Aboënsis, constituendo, cum, licet leviter, discrepent Historicci nostri; hanc rem paucis tangere, a proposito nostro non erit alienum. Vulgo quidem probatur, quod WEXIONIUS in *Natalibus Academiae Aboënsis* dicit, Gymnasium primordia cepisse A. 1627; RHYZELIUS vero & JUSLENIUS a reliquis Historicis dissentunt, atque serius hoc factum esse innuunt; ille enim (Episcoposc. P. I p. 359) annum 1628 (in eodem tamen libro p. 349, A. 1627 assert), & hic (in *Aboa vet. & nova* p. 41) annum demum 1630 indicat. Atque ut nostrum hac de re judicium adponamus, A. quidem 1627 de Gymnasio constituendo decretum factum fuisse, WEXIONIO credimus; non tamen ante A. 1628 aut 1629 (forte etiam serius?) Scholæ Cathedr. in Gymnasium mutationem plene peractam fuisse constat. Anno enim adhuc 1628 nonnisi Scholam (Cathedr.) hic viguisse, discimus ex iis quæ allata supra sunt pag. 34 not. (n) & pag. 37. Æsch. enim Petræus, qui cum Florino primi erant Gymn. Ab. Lectores Theologiae, A. 1628 munus suum aggressus non erat, quo anno Florinus fuit Scholæ Ab. Lector, eodem nomine etiam 1629 usus (a).

Methodus docendi in Gymnasio hoc Aboënsi (quod Collegii quoque Aboënsis nomine veniebat) usitata,

F

tata,

---

(a) LIDÉN *Catal. Disputat.* Sect. V. pag. 3.

tata, ex vetusto scripto Latino, in antiquis *Confistorii Ecclesiastici Aboënsis Protocollis* occurrente, excerpta exhibetur in *Novellis Aboëns.* A. 1791. N:o 4, 5, 6; unde præter alia ad cognitionem Gymnasii facientia, discimus, *Lectorum* (sive, ut appellati etiam fuerunt, *Professorum*) numerum fuisse senarium, & duos Theologiam, ceteros quattuor Philosophiam docuisse; unde patet, RHYZELIUM, qui octo fuisse dicit Gymnasii hujus Lectores (*Episcoposc. P. I.* p. 349 & 359) corrigendum esse, id quod etiam monet Cel. BILMARK *Hist. Reg. Acad. Ab.* p. 7. (b).

Lectores Gymn. Ab. fuere sequentes:

Theologiæ Lectores: 1) Doctor ÆSCH. PETRÆUS, A. 1628 constitutus Gymn. Ab. Lector (& Pastor in Sagu. vid. supra pag. 34), 1634 Eccl. Aboëns. Pastor & Archi-Præpositus (c), 1640 Theol. Doctor, eod. anno Prim. Theol. Prof. ad Acad. Aboëns. primusque Rector Magnificus, munere denique ornatus Episcopali obiit 1657 (d). 2) THOMAS FLORINUS,  
qui

---

(b) *Lectores* (s. *Professores*) Gymnasii sex fuisse, expresse etiam dicit Episc. ROTHOVIUS, *Concione funeb.* in obitum Reg. GUSTAVI ADOLPHI, hab. Aboæ die 6 Nov 1653, impr. Stockholniæ eod. anno.

(c) Unde sequitur, hoc jam anno JOACH. STUTÆUM mortuum fuisse. Cfr. supra pag. 36.

(d) Vitam ejus descriptam vid. in *Carlstads Stifts Tidn.* A. 1786 N:o 9, 10, unde hæc sumimus. Cfr. etiam *STIERNMANNI Aboa Litterata* pag. 19 sq.

qui A. 1628 vocatur Scholæ Ab. Lector Theol. & A. 1632 Gymnafii Ab. olim Lector Theol. (in *Rothovii Disp.* vid. *supra* p. 34. Nisi ex errore, quod qui-dem suspicamur, vocabulum *olim* heic occurrat, diffi-cile fuerit hanc rem explicare; An per aliquod tem-pus vacatione muneris est usus? aut num forte *Flo-rinus* cuius mentio fit A. 1628 & 1629, pater erat e-jus, qui postea Gymn. Lector fuit? cuius tamen rei nulla habemus indicia), 1634 Theol. Lector & Pa-stor in Lundo, 1642 Pastor Civitatis Wasa. 3). M. SVENO WIGELIUS, Revaliae quondam Rector, 1634 design. Theol. Lector, 1638, 1639 Theol. Lect. & Pastor in Sagu, 1640 Theol. Prof. 4) M. ERICUS MATTHIÆ (FORTHELIUS), 1630 Log. & Eloq. Le-ctor, 1634 Theol. Lect. & Past. in Lundo (loco FLORINI?), 1636 Pastor in Pedersøre (e). 5). M. MART. STODIUS 1638, 1639 Theol. Lect. & Pastor in Lundo. Vocabatur a WEXIONIO (*Natal. Acad. Aboëns*). L. Græc. Lector. (f).

Log. & Orat. Lector: ERICUS MATTHIÆ (FOR-  
THELIUS) 1632, 1634.

Eloq. Lect. 1) BOËTIUS MUUR (f. MURENIUS)  
1632, Mathef. Lector 1634, Pastor in Saltvik 1638.  
2) ANDR. NEOCLEANDER 1638, 1639, dein Pastor  
& Præp. Raumoeæ.

F 2

Mathef.

(e) Ejus vita exhibetur in *Nov. Ab. A.* 1773. p. 105. fqq.(f) Jam A. 1633 vocat se Græc. L. Lect. in Disp. sua Sy-nod. *de libero arbitrio*. (An hoc anno erat Extraord.?)

Mathes. Lect. 1) supra nominatus Boët. MUUR  
2) M. GE. ALANUS, qui A. 1640. Phys. & Botan.  
Professor in nova Academia fuit constitutus.

Phys. Lector: JOH. ORBERGIUS 1638, cuius fata  
ceterum ignorantur. (cfr. supra p. 34 sq.)

§. VII.

Gymnasium, postquam circ. undecim annos floruisse, nomine Reginæ CHRISTINÆ a Tutoribus Ejus in Universitatem Litterariam (a) fuit evectum, Diplomaque Regium hunc in finem datum est Nycopiæ die 26 Martii 1640. Quæ Universitas sive Academia nostra, die 15 Julii ejusdem anni sollemniter fuit inaugurata (b), & undecim ejus Professores constituti, qui omnscientiarum genere juventutem Academicam erudirent. Atque sic nova, eaque felicissima litteraturæ Fennicæ exorta est Periodus; ab hoc enim præcipue tempore lux scientiarum in Fennia magis magisque se diffu-

(a) Regem GUSTAVUM ADOLPHUM de hac mutatione jam cogitasse, tradit BAAZIUS *Inventar. Eccles. Sveogothb.* p. 760.

(b) Historiam Actus Inaugurationis sollemnis exhibent: MICH. WEXIONII (GYLLENSTOLPE) *Natales Academiæ Aboënsis* (qui libellus rarius jam obvius, bis impressus est, Aboë 1648, 4:o, & ibid. 1680, 2:o); Jo. BAAZII *Inventarium Ecclesiæ Sveogothorum* pag. 835 sqq. Cel. BILMARK *Historia Regiæ Academiæ Aboënsis* (cujus VII. partes hucusque prodierunt), pag. 10-20; & *Novelle Aboënses* pro A. 1793. N:o 22, 23 & 25.

fudit, & ad ultimas ferme septentrionis plagas penetravit. Plurimi eorum, qui primi creati fuerunt Academiæ nostræ Doctores, exteris in adolescētia adierant Musarum sedes, & ita eruditionis & penum & famam haud sicutam sibi comparaverant. Neque post conditam Academiam defuerunt, qui non solum Upsalienses & Dorpatenses Camoenas frequentarent, sed Germanicas quoque ad Universitates per integros annos doctrinæ suæ copias indefesso augerent labore. Ac ad Theologos quidem nostros Sæculi superioris quod adtinet, laudem rigidæ Orthodoxyæ iis abrogare valet nemo; quippe quorum *præcipui*, fuerunt discipuli celebris illius **ABRAHAMI CALOVII**, Theol. Professoris Primarii Wittebergensis, atque ab eo ejusque Collegis non modo rerum Divinarum eximiam cognitionem, sed etiam ejus in erroribus Theologicis tractandis se veritatem didicerunt. Confirmant hoc lites illæ famosæ inter **PETRUM BÅNGIUM** Theol. & **MARTINUM MILTOPÆUM**, Eloq. Professorem (c), atque inter **ENEVALDUM SVENONIUM** JOHANNEMQUE

F 3

TER-

(c) LAGERBRING Sammandrag af Svea Rikes Historia Part. 4. Sect. 2. p. 104 sq. LOENBOM Handlingar till Kon. CARL XI:tes Hist. 3 Saml. p. 169 seqq. & Cel. BILMARK I. c. p. 74 sq. De controversia circa Sacra menta, quam incurrerat BÅNGIUS, citat Max. Rev. FANT (*Historiola Litteraturæ Græce in Svecia* Sect. 2 p. 56) Svenska Merc. 1760 p. 293 quem locum non invenimus.

TERSERUM (d) vehementi cum animorum ardore agitatæ. Neque Jurisprudentia (& patria & Romana), suis apud nos caruit cultoribus; quod vel nomina celebria JOHANNIS OLAI DALEKARLI (STIERNHÖK) & MICHAËLIS OL. WEXIONII (GYLLENSTOLPE), qui Juris Professores apud nos magna cum laude fuerunt (e), satis evineunt. Similiter nec Medicinæ studium pro temporum ratione penitus negligebatur; cuius primus Aboæ Professor fuit ERICUS DANIELIS ACHRELIUS, qui per triginta annos hoc munere fungebatur. (f). Denique ut ad Philosophiæ cultores veniamus, & Doctores linguarum eruditarum egregie in suo studio fuerunt periti, & discentes in iis ad-discendis insignem curam operamque posuerunt (g). Neque scientiæ ipsæ suis destitutæ fuerunt amatoribus, eæ præsertim, quarum majorem in modum periti fuerunt Doctores ipſi. Quorum in numero fuit e. g. SIMON KEXLERUS, Mathem. Professor, qui inter præcipuos sui ævi in Svecia Mathematicos merito numeratur. Sed inprimis partibus Philosophiæ sic dictis Theoreticis studuerunt & docentes & discentes. Quod ad docendi formam, qua id temporis u-te-

(d) LÄGERBRING l. c. pag. 107 seqq. & Max. Rev. TENGSTRÖM Minne öfver Joannes Elai Terferus Aboæ 1795 8:o.

(e) GEZELII Biograph. Lex. öfver Namn. och Lärde Svenske Män. Art. Stiernbbk & Gyllenstolpe.

(f) cfr. de illo Novellæ Aboënses A. 1795. N:o 42.

(g) STIERNMANNI Aboa Litter. & Max. Rev. FANT l. a. Sect. 1. p. 106, 115 seqq. & Sect. 2. p. 2, 3, 45, 46, 87.

tebantur Philosophi nostri, adtinet, hanc dissimulandum est, Philosophiam Aristotelico - Scholasticam ab ortu Academiæ nostræ usque ad ejus per fugam dissipationem A. 1713, apud nostrates fere regnasse. Atque quamvis exstiterint Aboënsis Academiæ Doctores, qui album ei calculum non adjiccerent, minus tamen favens hi Collegarum suorum experti plerumque sunt judicium; quorum multi libertatem philosophandi arctis satis limitibus circumscribere conati sunt (h). Omne autem litterarum studium in sede Auraicarum nostrarum Musarum prorsus fuit abruptum, cum cohortes Russorum Fennis inimicæ A. 1713 iter suum hostile Aboam usque instituerent. Plurimi enim litterarum cultores, sicut & reliqui, quorum id ferebat conditio, Fenniæ incolæ, ut crudelitatem hostis ingruentis effugerent, patriam relinquentes, Stockholmiam aliaque ad Sveciæ loca se contulerunt. Neque qui superstites Aboæ manserunt, magna scientiis studendi cupiditate ardere potuerunt, qui enim litteras cum fructu colere instituant, a turbis publicis alieni, tranquillitate indigent summa, quæ inter horrendos hostilium armorum strepitus sperari non potest

---

(h) Exempla suppedant *Nov. Aboënses* Anni 1783, pag. 139 seqq.

poteſt. Quæ tristis Lycei nostri conditio non defit, antequam pacem, non quidem glorioſam, at neceſſariam, Nyſtadii Anno 1721 die 30 Aug. (St. vet.) initam, defolata patria obtineret. Sed ſicut homo, gravi morbo explicatus, non niſi lente & quaſi pedetentim amiffas vires recuperat: ſic Academia quoque Aboënsis, de novo instaurata(i), non ſtatim ad eum florem pervenire potuit, quem ei optabant ſinceri rei litterariæ amatores: unde etiam, qua partem, explicari poterit judicium illud haud benignum, quod de ſtatu Academiæ noſtræ A. 1724 tulit Rev. Er. BENZELIUS junior, qui ad fratrem ſuum ſcripſit: *Ther åro underlige hufvuden, och en ofäker ort, ſamt intet tilfälle at evertuera ſig, i mangel af omgēnge, och åſven fādane af Studiosis, ſom vilja lära något.* (k). Hi vero  
Acade-

(i) Anno 1722 d. 26 Nov. Academiæ renovandæ follempnia ab Epifcopo HERMANNO WITTE peratta fuerunt, cujus *instauracionis breuem delineationem* legere licet in *Afis Litterariis Sveciæ* A. 1723 pag. 407 — 412. Vidimus etiam Epifc. WITTE Progr. invitatōr. ejusque Orationem die 26 Nov. hab. nec non *Broderi Rålamb* (Lib. Bar. & Chiliarch.) *Er. Borenii* (Ecclesiast. Fen. Ab.) & *Jab. Pet. Flachjen.* (Quæſtor. Acad. Ab.) ſcripta gratulator. Aboe impr.

(k) *Brefväxling emellan ÅrkeBiskop ERIC BENZELIUS den yngre, och deſſ broder Censor Librorum GUSTAF BENZEL-*

49

Academiæ minus prospere dies per multos annos non durarunt. Sicuti enim Regis FRIDERICI regimen flori scientiarum artiumque pæne omnium in Svecia fuit felicissimum; ita eamdem Lyceum hocce exper- tum est fortunæ benignitatem: quod ab his usque temporibus viros in omni doctrinarum genere solidissime versatos ostendere valuit, viris sui ævi doctissi- mis aliis merito æquiparandos. Cujus rei & edita ab iis ingenii specimina, & in luce litterarum per Patri-

G

jam

---

STIerna, efter Originalerne utgjiven af JOHAN HEN-  
RIC LIDÉN. Linköping 1791. pag. 16. Neque tamen  
partim ignorantia rerum nostrarum, partim nota animi  
in nostros non æquisfimi, judicium illud liberari omnino  
potest. Primum dicit, ibi (inter Doctores Academiæ no-  
stræ) capita fusile morosa. Talia autem quedam nec in  
aliis Patriæ Lyceis defuisse, querelæ ab eo ipso alibi  
fusæ satis docent; ex quibus autem de reliquis fieri non  
debuit judicium. Quod de loci periculoſoitu dixit,  
terri nuperi belli, nondum plene excusso, tribuendum.  
Conversationis opportunitatem felicem in urbe primaria  
hominibusque & doctis & claris omnium ordinum plena,  
majorem potius quam minorem quam in ullo alio Patriæ  
Lyco offerri, res ipsa loquitur. Juvenes litterarum studio-  
fissimos in hac Academia eo tempore defuisse, cum era-  
ditionis suæ fundamenta hic ponerent plures, qui proximo  
decennio singulari claruerunt doctrinae laude, quis ve-  
ra rerum nostrarum cognitione non omnino destitutus,  
affirmaverit? Sed quam male vir celebris calculos pone-  
ret, eventus mox docuit.

am diffundenda labores egregie feliciterque exantlati, & tam discipulorum coævorum testimonia quam posteritatis grata memoria, documenta exhibent certissima: quorum igitur merita hoc loco explicare uti supervacaneum, ita nimis longum foret. Optamus modo, ut Academia nostra in posterum etiam, æque eruditos, æque de juventute solide instituenda sollicitos Doctores semper habeat, serraque posteritas eam lucem nunquam desideret, quæ in patriæ felicitatem & decus magis magisque apud nos effulget.

Bibliothecæ Academicæ Historiam Dissertacionibus Acadd. edidit Cel. PORTHAN.

---